mus et deputamus. Dantes eidem plenariam potestatem Salinas Salisfodinas Vielicienses et Bochnienses administrandi, gubernandi, Officiales constituendi, amovendi et deponendi, plenaria Iurisdictione juxta praescriptum Statutorum Regni nec non Decreta Serenissimorum Antecessorum nostrorum tum Commissorialia super iisdem utendi et exercendi, rationibus utilitati Mensae nostrae proventibusq́ ejusdem quanto melius prospiciendi, Sal in Salisfodinis incidendi, distrahendi, divendendi, nec non Equestri ordini juxta Leges et usum receptum extradendi, omniaq́ alia ad officium Zuppariorum et Administratorum Salinarum et Salisfodinarum Vielicien. et Bochnien. de praescripto Iurium et usu recepto spectantia et pertinentia faciendi gerendi et exequendi. Quod ad notitiam omnium quorum interest, praesertim vero officialium praedictarum Zupparum,